



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Quid per pietatem aliquibus exhibeatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



Lib. 1. c. 30. parum ante mediu. to. 3.

Lib. 1. c. 30. parum ante mediu. to. 3.

Lib. 8. ca. 11. Et 12. to. 5.

Glo. in relictis lib.

Lib. 3. de inuentione in fol. 4. ante finem libr.

Lib. 8. c. 12. tom. 3.

Lib. 10. c. 1. a medio to. 5.

propter similitudinē operum. Quia namque opera misericordiae similia sunt operibus, quae ex pietate exhibentur sanguine iunctis ac patriae. cuius, & amicis: ideo opera misericordiae, opera pietatis vocata videntur, & qui illis vacat, pij appellati. Et hinc vsurpatum videtur, quod Deus pius dicitur, quod pietas diuina haec, & illa faciat: quoniam Deus maxime exercet misericordiae opera. Differunt autem in hoc, quantum ad propositum spectat, officia pietatis ab officijs misericordiae, quod pietas id quod impedit, impendit sub ratione debiti: misericordia autem sub ratione gratuita subleuationis.

¶ 2 Præter Greg. dicit in 1. Moralium, Pietas in die suo conuiuium exhibet, quia cordis viscera misericordiae operibus replet: sed opera misericordiae sunt omnibus exhibenda, ut patet per Aug. in 1. de doctrina christiana. ergo pietas non se extendit determinate ad aliquas speciales personas. ¶ 3 Præter. Multae sunt aliae in humanis rebus communicationes præter consanguineorum, & conciuum concitationem, ut patet per Philosophum in 8. Ethic. & super quamlibet carum aliqua amicitia fundatur, quae videtur esse pietatis uirtus, ut dicit gl. 1. ad Timot. 3. super illud: Habentes quidem speciem pietatis, ergo non solum ad consanguineos, & conciuos pietas se extendit.

SED CONTRA est, quod Tullius dicit \* in sua rhetorica, quod pietas est per quam sanguine iunctis, patriaeque beneuolis officijs, & diligens tribuitur cultus.

RESPON. Dicendum, quod homo efficitur diuersimode alijs debitor secundum eorum diuersam excellentiam, & diuersa beneficia ab eis suscepta. In vitroque autem Deus summum obtinet locum, & qui excellentissimus est, & est nobis essendi, & gubernationis primum principium. Secundario uero, nisi esse, & gubernationis principia sunt patres, & patria, a quibus & in qua nati & nutriti sumus. Et ideo post Deum est homo maxime debitor parentibus & patrie. Unde sicut ad religionem pertinet cultus Deo exhibere: ita secundo gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum parentibus, & patriae. In cultu autem parentum includitur cultus omnium consanguineorum, quia est consanguinei ex hoc dicuntur, quod ex eisdem parentibus processerunt, ut patet per Phil. in 8. \* Eth. In cultu autem patrie intelligitur cultus omnium conciuum, & omnium patriae amicorum. Et ideo ad hoc pietas principaliter se extendit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in maiori includitur. Et ideo cultus, qui Deo debetur, includit in se, sicut aliquid particulare, cultum qui debetur parentibus. Unde dicitur Mal. 1. Si ego pater, ubi est honor meus? Et ideo nomen pietatis etiam ad diuinum cultum refertur.

AD SECUNDUM dicendum, sicut Aug. dicit in 10. de ciuitate Dei. More uulgi nomen pietatis etiam in operibus misericordiae frequentatur: quod ideo arbitrator euenisse, quia haec fieri precipue mandat Deus, eaque sibi praesertim placere testatur, ex qua consuetudine factum est, ut & Deus ipse pius dicatur.

AD TERTIUM dicendum, quod communicationes consanguineorum, & conciuum magis referuntur ad principia nostri esse, quam aliae communicationes: & ideo ad has nomen pietatis magis extenditur.

¶ Super Quaest. centesimam articulum 2. & 3.

IN art. 2. & 3. simul eisdem quaestio. dubijs occurrunt circa distinctionem Tullij,

ARTICVLVS II.

Utrum pietas exhibeat parentibus sustentationem.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod pietas non

exhibeat parentibus sustentationem. Ad pietatem enim uel pertinet illud praecipuum decalogi: Honora patrem tuum, & matrem tuam: sed ibi non praecipitur, nisi honoris exhibitio. ergo ad pietatem non pertinet sustentationem parentibus exhibere.

¶ 2 Præter. Illis homo debet thesaurizare, quos tenetur sustentare: sed secundum Apostolum, ut habetur 2. ad Cor. 12. filij non debent thesaurizare parentibus: ergo non tenentur eos per pietatem sustentare.

¶ 3 Præter. Pietas non solum extendit se ad parentes, sed etiam ad alios consanguineos, & conciuos, ut dictum est: \* sed non tenetur aliquis omnes consanguineos, & conciuos sustentare, ergo nec etiam tenetur ad sustentationem parentum.

SED CONTRA est, quod Dominus Matt. 15. Redarguit Pharisaeos, quod impediebant filios, ne parentibus sustentationem exhiberent.

RESPON. Dicendum, quod parentibus, & conciuibus aliquid debetur dupliciter. Uno modo per se: alio modo, per accidens. Per se quidem debetur eis id, quod decet patrem, in quantum pater est, qui cum sit superior, quali principium filij existens, debetur ei a filio reuerentia, & obsequium. Per accidens autem aliquid debetur patri, quod decet eum accipere secundum aliquid quod ei accidit, puta, si sit infirmus, quod uisitetur, & eius curatio intendatur: & si sit pauper, quod sustentetur, & sic de alijs huiusmodi, quae omnia sub debito obsequio continentur. Et ideo \* Tullius dicit, quod pietas exhibet & officium & cultum: ut officium refertur ad obsequium, cultus uero ad reuerentiam, siue honorem: quod ut dicit Aug. in 10. de ciuitate Dei. Dicitur colere homines, quos honorificatione, uel reuerentia, uel pietate frequentamus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in honoratione parentum intelligitur omnis subuentio, quae debetur parentibus exhiberi, ut Dominus interpretatur Matth. 15. Et hoc ideo, quia subuentio patri ex debito tanquam materiam habet rationem principij, filius autem rationem a principio existens: non per se patri conuenit, ut subueniat filio: & pro hoc non solum ad horam dedit ei subuenire, sed ad totam suam uitam: quod est thesaurizare. Sed quod filius aliquid conferat patri, hoc est per se



secundarios ordinatos ad principalem, uel annexos principalem. Ordinato quidem, ut sunt actus inter uirum & uxorem, quoniam inter coniuges est cultus, & officium adinuicem tamquam coadiutores ad confirmationem conjugum utriusque, quam quilibet coniugum alius habet parentibus. Confirmatio propagatione filiorum utriusque parentis sanguis. Et ideo dicimus de filiis, quia respiciuntur a pietate uirtute, ut contra uirtutes conjugum pietas a parentibus suscipitur. Et quoniam cum coniuges, quam hinc secundum suam personalem actionem & consistentiam ad adiuuandum, & consentaneum consanguinitatem conueniunt, in secundum sepius a pietate respiciuntur, tanquam secundum sapientiam ordinatos ad principalem, quod respicit pietas.

Ad secundum uero dicitur, quod pietas est cultus, quod subditum sanguine patriaeque iunctis omnibus exhibet diuersimode. Nam parentibus praecipue cultum cum obsequio filiis uero aliquale cultum, dum eos non ut seruos, non ut illegitimos &c. tractamus & a seruis, & aliis honorari uolumus, & in loco honoris loco sedendi eis datur, & similia. Omnibus quoque subditum aliquod prebentur ex pietate uel conseruando, uel saltem in preparatione animi. Dicitur enim in littera secundum articulum ad ultimum, quod tenemur ad hoc secundum facultatem, & decentiam personarum, pro loco etiam & tempore, cum sit praecipuum affirmatiuum.

fidei, spei, & charitatis, quibus homo primordialiter ordinatur in Deum: ita et pietas est quaedam praestatio charitatis, quam quis habet ad parentes, & ad patriam.

AD SECVNDVM dicendum, quod Deus longe excellentiori modo est principium essendi & gubernationis, quam pater, uel patria: & ideo alia uirtus est religio, qua cultum Deo exhibet a pietate, quae exhibet cultum parentibus, & patriae. Sed ea quae sunt creaturarum, per quandam superexcellenciam & causalitatem transferuntur in Deum, ut Dio dicitur in libro 1. de diu. no. Unde per excellentiam pietas cultus Dei nominatur, sicut & Deus excellenter dicitur pater noster.

cidens ratione alicuius necessitatis instantis, in qua tenetur ei subuenire, non autem claurizare quasi in loquuntur: quia naturaliter non parentes filiorum, sed filij parentum sunt successores.

AD TERTIVM dicendum, quod cultus, & officium, ut Tullius dicit, debetur omnibus sanguine iunctis, & patriae beneuolis, non tamen aequaliter omnibus, sed praecipue parentibus: alijs autem secundum propriam facultatem & decentiam personarum.

ARTICVLVS III.

Utrum pietas sit specialis uirtus ab alijs distincta.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod pietas non sit specialis uirtus ab alijs distincta. Exhibere enim obsequium, & cultum alijs quibus ex amore procedit: sed hoc prinat ad pietatem, ergo pietas non est uirtus a charitate distincta.

¶ 2. Praet. Cultum Deo exhibere est proprium religionis: sed etiam pietas exhibet cultum Deo, ut dicitur Aug. 10. de ciu. Dei. ergo pietas non distinguitur a religione.

¶ 3. Praet. Pietas quae exhibet cultum, & officium patriae, uel esse idem iustitia legali, quae respicit bonum commune: sed iustitia legalis est uirtus generalis, ut patet per Philo. in 5. Eth. ergo pietas non est uirtus specialis.

SED CONTRA est, quod ponitur a Tullio pars iustitiae.

RESPON. Dicendum, quod aliquauirtus specialis est hoc, quod respicit aliquod obiectum secundum aliquam rationem. Cum autem ad rationem iustitiae pertineat, quod debetur alijs reddat, ubi inuenitur specialis ratio debiti alicui personae, ibi est specialis uirtus. Debetur autem aliquid alicui specialiter, quia est conaturale principium producens in esse, & gubernans. Hoc autem principium respicit pietas, in quantum parentibus & patriae, & his qui ad haec ordinantur, officium & cultum impendit: & ideo pietas est specialis uirtus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut religio est quaedam praestatio, sicut religio est quaedam praestatio, quibus homo primordialiter ordinatur in Deum: ita et pietas est quaedam praestatio charitatis, quam quis habet ad parentes, & ad patriam.

AD SECVNDVM dicendum, quod Deus longe excellentiori modo est principium essendi & gubernationis, quam pater, uel patria: & ideo alia uirtus est religio, qua cultum Deo exhibet a pietate, quae exhibet cultum parentibus, & patriae. Sed ea quae sunt creaturarum, per quandam superexcellenciam & causalitatem transferuntur in Deum, ut Dio dicitur in libro 1. de diu. no. Unde per excellentiam pietas cultus Dei nominatur, sicut & Deus excellenter dicitur pater noster.

AD TERTIVM dicendum, quod pietas se extendit ad patriam, secundum quod est nobis quoddam essendi principium: sed iustitia legalis respicit bonum patriae, secundum quod est bonum commune. Et ideo iustitia legalis magis habet quod sit uirtus generalis, quam pietas.

ARTICVLVS IIII.

Utrum occasione religionis sint praetermittenda pietatis officia in parentes.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod occasione religionis sint praetermittenda pietatis officia in parentes. Dicitur enim Do mino. Luc. 14. Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc at & animam suam, non potest meus esse discipulus. Unde & in laude Iacobi, & Ioannis Mat. 4. dicitur, quod relictis rebus, & patre, secuti sunt Christum. Et in laude Leuitarum dicitur Deut. 33. Qui dixit patri suo, & matri suae, nescio uos: & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum: sed ignorando parentes, & alios consanguineos, uel et odiendo eos, necesse est quod praetermittantur pietatis officia. ergo propter religionem officia pietatis sunt praetermittenda.

¶ 2. Praet. Matt. 8. & Luc. 9. dicitur, quod Dominus dicens sibi, Permite me primu ire, & sepelire patrem meum, respondit. Sine ut mortui sepeliatur mortuos suos, Tu autem uade, & annuntia regnum Dei, quod pertinet ad religionem: sepultura autem patris pertinet ad pietatis officium. ergo pietatis officium est praetermittendum propter religionem.

¶ 3. Praet. Deus per excellentiam dicitur pater noster: sed sicut per pietatis obsequia colimus parentes, ita per religionem colimus Deum. ergo praetermittenda sunt pietatis obsequia propter religionis cultum.

¶ 4. Praet. Religiosi tenentur ex uoto, quod transgredi non licet, suae religionis obseruantias implere, secundum quas suis parentibus subuenire impediuntur, tum propter paupertatem, quia proprio carent: tum et propter obedientiam, quia sine licentia suorum praetorum eis claustrum exire non licet. ergo propter religionem praetermittenda sunt pietatis officia in parentes.

SED CONTRA est, quod Dominus Mat. 15. redarguit Phariseos, quod intuitu religionis honorem parentibus debitu subtrahere docebant.

RESPON. Dicendum, quod religio, & pietas sunt duae uirtutes. Nulla autem uirtus alij uirtuti con-

¶ Super Quaestione centesima prima articulum quartum.

In articulo 4. eiusdem quaest. in responsione ad primum & tertium, nota differentiam licet inter prouocationem, & inductionem ad malum. Nam si parentes egeni filiorum, aut filiarum seruili, sunt prouocatores ad malum, deserendi sunt quod ad hoc, ut uideat non sequantur eorum prouocationes, sed quod ad hoc eos odio habeant filii, ut in responsione ad primum dicitur. Si uero parentes non tantum prouocatores, sed inductores sunt ad malum, tunc deserendi sunt simpliciter & absolute, & non solum quod ad hoc, ut in responsione ad tertium dicitur. Propter quod si pater infirmus filiam sibi seruientem nititur uiolare, & illa non timet se induci, quia scit suam & intentionem, & constantiam, non tenetur relinquere patris sui seruicia, quam uis propter ipsius demerita possit illum relinquere, si non uult cessare a prouocatione. Unde & Ioseph non reliquit seruicia domus, quam uis haberet dominam suam quotidie sibi molestam, ut dicitur Genesi 39. Si uero seruus uideret se induci ad peccatum, relinqueret tenetur totaliter parentem, iuxta illud. Qui amat patrem plus quam me, non est me dignus.

In eod. articulo 4. in responsione ad quartum, dubium occurrit. An religiosus tenetur succurrere patri non potenti sine suo seruitio uiuere. Et est ratio dubii, quia in littera dicitur quod non tenetur, nec debet, aut potest nisi de praetoli licentia, & seruato religionis statu. Alii autem doctores afferunt in oppositum. Ratio autem non apparet uique quae clara.

Ad